



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1143. Usque Ad Annum 1176

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1762

VD18 90118014

§. 59. Joannes Saresberiensis Episcopus Carnotensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66377](#)

Sæcul. XII. Archiepiscopi Eboracensis, cuius erat
A.C. 1176. Suffraganeus, præsidio munitus. Ex
to. 10. Conc. Scotia Vivianus in Hiberniam naviga-
p. 1481. 1739 vit, & Dublini Concilium omnium to-
G. Neubrig. tius Insulæ Episcoporum celebravit. At
3. c. 9. non tantam, quantam speraverat, audi-
 vim inde referens, in Scotiam re-
 tatus est.

§. LIX.

Joannes Saresberiensis Episcopus Carnotensis.

Radulf. de dic. p. 592.

Sup. n. 9.

*Petr. Cell. 7.
ep. 8.*

In Festo S. Magdalena vigesima secunda
 Julii anno millesimo centesimo septu-
 gesimo sexto Decanus, Cantor, & Can-
 cellarius Ecclesiæ Carnotensis, Cantua-
 riæ pervenerunt, totius Capituli no-
 mine Joannem Saresberensem, quem E-
 piscopum elegerant, sibi expetentes.
 Nam Guilielmus *manibus candidis*, Regis
 Ludovici junioris Affinis, qui annis octo,
 dispensante Papa, cum Archiepiscopatu-
 m Senonensi, ad quem anno millesimo cen-
 tesimo sexagesimo octavo eveatus fue-
 rat, etiam Carnotensem possederat, Joan-
 nem Saresberensem ad Cathedram Car-
 notensem eligi curaverat, tum ob singu-
 larem viri pietatem, tum quod amicin-
 fidem S. Thomæ Cantuariensi in extre-
 mis

mis servasset, arcanorum conscius, exilii, Sæcul. XII.
 omniumque ærumnarum particeps. Cum A.C. 1176.
 igitur Delegati Carnotenses Cantuariæ
 Literas Capituli sui, Regis Franciæ &
 Archiepiscopi Senonensis publice præle-
 gissent, eis Capitulum Cantuariense, ab-
 sente Archiepiscopo, Joannem Saresbe-
 riensem, a quocunque vinculo, quo in
 Anglia fuisset adstrictus, liberum tradi-
 derunt. Is a Legatis Carnotensibus in
 Franciam deductus, Senonibus a Mauri-
 tio Episcopo Parisiensi, die Dominica,
 mensis Augusti octava, consecratur, &
 Dominica sequente, in Festo Assumti-
 onis Dominæ Nostræ, Episcopali solio so-
 lemni ritu Carnoti imponitur. Cui Ec-
 clesiæ annis quatuor præfuit.

Eadem die, qua Joannes ordinaba- *Rad. dicet.*
 tur, Guilielmus Archiepiscopus Seno- *p. 592.*
 nensis possessionem Sedis Remensis adiit, *Petr. Cell. 7.*
 quo auctoritate Papæ translatus est. *ep. 6.* *Chron. Rem.*
Quippe Henricus Archiepiscopus, Regis to. i. Bibl.
Ludovici junioris frater, decima tertia Lab. p. 361.
Novembbris, anno superiore millesimo Marlot. 3.
centesimo septuagesimo quinto, obierat, c. 4.
postquam Sedem hanc Archiepiscopalem
annos quatuordecim tenuisset. Guiliel-
mus vero ejus Successor annis viginti
sex Remensem Ecclesiam rexit.

Hist. Eccles. Tom. XVII. Ggg §. LX.